

Solutio.

ptione ab Aristotele constituitur. Sic quispiam argutari posset. Sed incassum: quandoquidem non sola inhærent potentia remediorum particula, sed, ut iam dictum est, actu, nec ipsum totum constituunt mixtum, sed compositum. Exempli gratia, constituunt brassicam diuersæ terreæ & succosæ portiones. Hæ ipsæ iam haudquaquam se mutuo ita per minima comminuerunt, ut formis abolitis, nouam mixtionis aleam subierint. Succus quidem per exiguos meatus, assistit solidioribus terrestris materiae particulis, non tamen, vel suam formam amisit, vel terreæ portiones destruxit. Rosarum succus ex diuersis alijs in vnum communem euasit: & sanguis humani corporis est vnus, ex diuersorum humorum congressu, teste Galeno. Non tamen vel ea vnio essentialis est, vel ea compositio formalis mixtio.

2. de Elem. 2. Nec enim sufficit $\delta\acute{o}\rho\epsilon\iota\sigma\alpha, \eta\gamma\acute{\alpha}\rho \delta\epsilon\lambda\epsilon\iota\sigma\tau\alpha$ esse $\tau\acute{\alpha} \mu\iota\chi\tau\acute{\alpha}$, sed etiam à se inuicem patibilia. Iam verò, non ita succi vel humores diuersi, quamuis per minima diuisi sibi mutuo assistant, inuicem agunt, aut egerunt & alterarunt sese ut depositis for-

2. de Elem.

2.

*2. de Gener.**Corrupt.*1.90. *Aris**stoteles.*

for-